



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quomodo studuerit haereses extirpare. Cap. LXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA

ditatis, vestra prudentia ex ecclesiæ canone & traditi-
 ne apostolica ita vestram poterit electionem moderari,
 vti ecclesiasticæ disciplinæ ratio præscribit. Deus vos
 fratres, chari diu seruet incolumes. Ista cum imperator
 ecclesiarum præsidibus præcipisset, hortatus est, vt om-
 nia ad laudem diuini verbi illustrandam exequerentur.

Quomodo studuerit hereses extirpare.

CAP. LXI.

Mat. 7.

Postquam ecclesiam Dei, sublatis è medio discordiis,
 in tràquillo statu collocauerat, inde digressus, aliud
 impiorum hominum genus, tanquam latens venenû,
 humanæ vitæ paratum, comprimendum censuit. Isti cor-
 ruptores quidam erant, qui honestatis specie & simula-
 tione ciuitates labefactabât. Eos vero pseudoprophetas,
 & lupos rapaces seruatoris vox diuinitus varicinando
 nuncupauit ad hunc modum: Attendite à pseudopro-
 phetis, qui venient ad vos in vestimentis ouium, intus
 autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum, cognosce-
 tis eos. Edictum igitur Imperatoris, quod ad prouin-
 ciarum præfectos missum fuit, vniuersum illud homi-
 num genus grauitè infectatum est. Et præter ipsum edi-
 ctum, imperator etiam salutarem admonitiõnem illis ipsis
 proposuit, hortatus admodum, vt maturè respicerent.
 Nam asseruit illos ecclesiam Dei salutis portum habere,
 quò se reciperent. Attende ergo quo pacto per literas
 cum illis sermonem contulerit.

Victor Constantinus Max. Aug. Hereticis.

Constantini contra hereticos edictum.

CAP. LXII.

*Arrianos nō
 cōmunicat
 idcoq; author
 eius de sectis
 vō fuisse*

Cognoscite iam per legem hanc, quæ à me sancita
 est, ò Nouatiani, Valentiniani, Marcionistæ, Paulia-
 ni, quiq; Cataphrigum nomen vsurpatis, & omnes
 omnino, qui per conspirationes à vobis constatas, hæ-
 reses & sectas etiam atque etiam augere conamini,
 cognos-